policarpus smyrneorum antistes. Quia tem
pore quodam cum apud ephesum balneas la
vandi gratia fuisset ingressus. et vidisset ibi
cerinthum. exiliuit continuo et discederet non
lotus dicens. Fugiamus hinc. ne et balneę
ipsę corruant. in quibus cerinthus lauit ve
ritatis inimicus. Idem etiam policarpus mar
cioni aliquando cum occurrisset dicenti sibi
agnosce nos. Respondit. agnosco. agnosco
primogenitum satanę. Tantam tunc apostoli atque eorum
discipuli in religione cautelam utebantur. ut
nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ue
ritate deuiauerant habere paterentur.
Sic et paulus dicit. Hereticum hominem post primam
et secundam correptionem deuita. sciens quia
subuersus sit huiusmodi et peccat. cum sit a semetipso